

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Th. D. Pastoris ac Professoris ...  
Academia Rostochiensi, Super Obitu Pio Atque Placido Prudentissimi Viri  
Joachimi Schroderi, Civis & Cerevisiarum huius Urbis primarii ... : P. P. Rostochii  
die XVII. Martii Anno M. DC. LIV. ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777430673>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,  
in  
J. Schröder.

Rost. 1654.

59.
















PROGRAMMA  
RECTORIS  
JOHANNIS QVISTORPII,  
S. S. Th. D. Pastoris ac Professoris,  
in Ecclesiâ & Academiâ  
Rostochiensis,

SUPER OBITU PIO ATQUE PLACIDO  
*Prudentissimæ VIRI*


JOACHIMI  
SCHRODERI,

Civis & Cerevisiarii hujus Urbis pri-  
marii, nec non Templi Jacobæi Ædilis &  
Curatoris fidelissimæ.

P. P. ROSTOCHII die XVII. Martij  
Anno M. DC. LIV.



*Consuetudine fiet horâ primâ in Templo  
Jacobæo.*



ROSTOCHI,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.



PROGRAMMA  
REGIA  
HISTORIA  
DE  
IN  
LONDINI

**Basilus:**

**ΚΑΛΟΝ ΕΝΤΑΦΙΟΝ Η ΕΤΣΕΒΙΑ,**

MDCCCLXXVII  
LXXVII



RECTOR  
JOHANNES QUISTORPIUS,  
S.S. Th. D. Prof. & Past. in Acad.  
& Eccles. Rostochiensis.

**P**ostquam sarcinà carnis ab-  
jectà, ad suum anima revolavit Au-  
torem, & in antiquam possessionem  
diu hęc peregrinata conscendit,  
nos vanitatum relictarum possessores supersti-  
tes, more Christiano, eodemq; laudatissimo pa-  
ramus exequias. Hoc unicum nobis superest,  
ut nempe in defunctos ultimum testemur hu-  
manitatis obsequium, atq; animabus ad æter-  
nùm duraturam stationem, hinc verà fide mi-  
grantibus ex animo benè precemur. Poscit sibi  
hoc inviolabile, atq; indissolubile Fraternitatis  
vinculum, quo omnes & singuli, quotquot per  
fidem salvificam Salutari communi Dn. JESU  
institi adhæremus, nosq; eo invicem nexu Fra-  
tres in Christo salutamus conjunctissimos. Idem  
quoq;



quoq; jam sibi poscit piè defuncta JOACHIMI SCHRODERI anima, quæ, quam diu in exuviis, hodie terræ communi matri restituendis, oberravit, eà tandem horà, quà syncera, in JESU Salvatore fide ad cœlestia evolavit, nunquam interturbandam, nunquamq; interrumpendam invenit requiem, requiem ad quam omnes hic laborantes summo cum desiderio anhelamus, requiem, quam anima beanda non nisi extremo vitæ momento verè persentiscere eaq; fruisi incipit. Illo profectò temporis articulo, quo anima nostra ad æternæ mentis autorem verà fide migrare satagit, oportet, secretum quodammodo intelligatur divinissimum, quod ineffabile animæ appellamus receptaculum. Admirandum enim prorsus quin sit, & quoddam *ἀπὸ πύθων* animulæ hinc in salvifica fide migraturæ cum Immanuele nostro colloquium, dubium fors erit nulli. Nostrum quod attinet, hodie consveto more tumulandum p. m. JOACHIMUM SCHRODERUM, minimè dubitamus, quin ex eo tempore, quo ante tres septimanas & quod excurrit, in templo Jacobæo, usus esset S. Synaxi, & paulo post clinicus factus, apud Deum misericordiæ fontem unicum, assistente S. Spiritu advocato, causam suam egerit quam

*feliciss.*



felicissime. Superavit hic ipse in hac vitæ ærum-  
nâ LXXI. annos, quos verè ab eo forti animo  
superatos esse non negabunt, qui præteritorum  
annorum miseriarum cum eo fuere participes.  
Natus est hic Rostochii Anno 1683. Genitorem  
coluit Pietate & famæ honestate celebratissi-  
mum Dn. MARTINUM SCHRODE-  
RUM, negotiatorem hujus urbis primarium.  
Matrem salutavit, egregiis virtutibus conspi-  
cuam foeminam METTE Warnefen / JOA-  
CHIMI Warnefen / filiam. Avum habuit p. m.  
JOACHIMUM SCHRODERUM, virum  
integerrimum, mercatorem & civem hujus lo-  
ci non postremum. Hisce Parentibus hone-  
stissimis *parentibus* noster suam debet originem.  
In educando filio suo, nihil, quod Christia-  
nos decet parentes, fuit neglectum. Anno  
1597. cum ingenium ad mercaturam pro-  
num ostendisset, ad famigerabile emporium,  
quod vulgo *Bargen* appellant, missus fuit,  
eum in finem, ut Parentum insistens vesti-  
gis mercaturam honestè exerceret. Post cla-  
psos totos octo & decem annos, quos Domi-  
norum suorum res & negotiâ fideliter admi-  
nistrando inibi locorum compleverat, deside-  
ratissimi Parentes eum, magno cum gaudio,  
A 3 redu-



reducem exceperunt, quorum svasu familiam  
tandem alere, atq; de honestâ vitæ sociâ cogi-  
tare cepit, quæ res non infelici sidere illi cessit,  
A N N O enim 1616, die 22. mensis Julii, Le-  
ctissimam Virginem A N N A M Wedege / vi-  
ri optimæ notæ DN. HEINONIS Wedege  
Filiam, cum quâ jucundo satis & concordi con-  
jugio vixit in annum usq; 1632, quo ipso calendis  
Decembribus pie defunctum nostrum, reliquit  
viduum. Hoc primum sibi inflictum vulnus  
masculè suscepit à manu omnia imperscrutabili  
consilio disponentis Domini. Cum vero res  
familiaris minimè permittere videbatur, ut diu-  
tius matre familias careret, necessitate sic postu-  
lante, meditari incepit, quo pacto ad secunda  
vota prudenter transire sibi liceret, Deoq; duci  
Opt. Max. vias suas commendans, in matrimo-  
nium sibi viduo elegit viduam, eamq; Præstan-  
tissimi Viri DN. J O H A N N I S Rungen  
quondam maritam, M A R G A R E T A M Cleri  
à pietate & probitate commendatissimam fæ-  
minam, cum quâ secundas celebravit nuptias  
Anno 1636. 6. die Jul. Dolendum autem, quod &  
hoc vinculum, Deo ita volente, fuerit disruptum.  
Conjugium hocce secundum dissolvit mortis  
violentiâ, obiit & illa M A R G A R E T A Cleri  
diem suum piè & placidè in Domino Redempto-  
re



re A N N O 1638, die 22. Junii. Quantus piè  
Defuncto nostro hinc iterum concitatus fue-  
rit dolor, facile conjiciunt ii præprians, qui  
ejusmodi fecere pericula. Secundas qui rejiciant  
nuptias, dari equidem scimus: at verò rationi-  
bus utrinq; rectè ponderatis, secundarum, imò  
& tertiarum expetitores, quò se defendant,  
habent. Quod si secundas, inquit Gregorius Na-  
zianzenus, Orat XXX, prohibeo, quæ tertiarum  
erit ratio? *Prima namq; sunt Legis, secunda indul-*  
*gentia, tertia verò prævaricationis, si quid ultra, suisle*  
*magis, quam aliud quidquam, multa nequitia ha-*  
*bens exempla.* Indulgendum & hic severitati op-  
timi Doctoris, qui dum commodis nostris stu-  
dere, iisq; consulere voluit, leges statuere non  
potuit. Noster p. m. Defunctus, familiaris rei ne-  
cessitudine, procul dubio, urgente, ad tertias se  
paravit nuptias; ANNO enim 1640, 17 Februarii,  
Virginem raris virtutibus eminentem atque  
claram MARGARETAM Schwartzops / No-  
bil. & Amplissimi Viri DN. CASPARI Schwartz-  
ops / J. U. D. laudatissimi, Filiam cujus præ-  
clara Genetrix URSULA Sibrands Nobil. Am-  
pliss. & Consultissimi DN. CASPARIS Wilken  
J. U. D. Uxor hic præsens, nobiscum, terræ man-  
dandum jam luget. Hæc ipsa M A R G A-  
R E T A, Uxor Defuncti tertia, cum 30. Januarii  
ANNO



ANNO 1642. enixa esset filiolum, CASPARUM  
 JOACHIMUM adhuc superstitem; paulo post 9.  
 nempe Februarii, placidè in Domino JESU abdormi-  
 vit. Ex hoc lugubris anni tempore, *μακαρίτης* noster  
 solitariam, usq; ad mortem, vitam, egit, quæ quibus  
 fuerit obnoxia atq; vexata molestiis cuiusvis faciliè est  
 colligere. Diluere atq; iterum detergere hanc solita-  
 riam sollicitudinem voluit equidem; at verò non po-  
 tuit; tandem fuit illi succumbendum; Septuagenarius  
 enim, qui morbum mortemq; in senectute secum circum-  
 ferebat, placidà piaq; morte tandem est exstinctus. Per  
 integros 14. dies, malè habuit, naturæq; solvendum de-  
 bitum sensit. Tandem currentis Anni 12. Mart. intra  
 9. & 10. antemeridianam. Deo creatori animam reddi-  
 dit, corpusq; nobis humandum reliquit. Virtus beatò  
 defuncti nobis hic non est prolixius decantanda, conci-  
 vibus nota ejus est integritas. Vitia si vis, satis facies  
 tibi, si tecum vixeris. Immune equidem facinus, atq; in  
 ætate nostra utile & conducibile, Fratrem, ob meritam  
 noxiam castigare, ejusq; vitia sive connivendo, diffi-  
 mulando, aut adulando non fovere, immune profecto  
 facinus est, & in vita præprimis conducibile; Sed hic  
 salis grano est opus. Quod piè defunctum nostrum jam  
 concernit, cogitandum probeq; persitandum putamus  
 Pagani hoc effatum,

*Κενὸν γαίοντ' ἀνδρὲς ἀκίλειαν οἴαν  
 Ζῶντας κολάζειν, ἔ γαίοντας εὐσεβέας.*


In hoc desinimus, Vosq; omnium ordinum Cives Aca-  
 demicos honoratissimos studiosè & peramanter roga-  
 mus, ut piè Defuncto vestrum ultimum humanitatis of-  
 ficium non defuisse, vestra honorificà ostendatis præ-  
 sentia, Deus bonus, nobis viventibus, morien-  
 tibus, suà adsit gratia!

1642 (o) 20




















felicissime. Superavit hic ig  
 mnà LXXI. annos, quos ver  
 superatos esse non negabunt,  
 annorum miseriarum cum e  
 Natus est hic Rostochii Anno  
 coluit Pietate & famæ hon  
 mum Dn. MARTINUM  
 RUM, negotiatorem hujus  
 Matrem salutavit, egregiis  
 cuam foeminam. METTE  
 CHIMI Warneken/ filiam. A  
 JOACHIMUM SCHRO  
 integerrimum, mercatorem &  
 ci non postremum. Hisce  
 stissimis *maneris* noster suam  
 In educando filio suo, nihil  
 nos decet parentes, fuit neg  
 1597. cum ingenium ad m  
 num ostendisset, ad famigera  
 quod vulgo *Bargen* appellat  
 eum in finem, ut Parentum  
 igis mercaturam honestè exer  
 plos totos octo & decem ann  
 norum suorum res & negoti  
 nistrando inibi locorum com  
 ratissimi Parentes eum, magi

A 3



vita eru  
 ti animo  
 ritorum  
 rticipes,  
 nitorem  
 bratissi-  
 RODE-  
 arium.  
 conspi-  
 / JOA-  
 uit p.m.  
 , virum  
 ujus lo-  
 s hone-  
 ginem,  
 hristia-  
 Anno  
 n pro-  
 orium,  
 s fuit,  
 vesti-  
 ost ela-  
 Domi-  
 admi-  
 deside-  
 audio,  
 redu-